Edition

Ein ungenannter Bischof (Hinkmar von Reims) teilt seiner Diözesanpriesterschaft die Exkommunikation von in seiner Diözese beheimateten Kirchenräubern mit (sofern diese nicht Genugtuung leisteten), verbietet den Umgang seiner Diözesanen mit deren nicht aus der Reimser Kirchenprovinz stammenden Mittätern (was beides im Falle der Notwendigkeit von Sterbesakramenten aber als ausgesetzt zu gelten habe) und fordert die Archipresbyter, Dekane und Priester seiner Diözese auf, diese Exkommunikation beim Kirchenvolk publik zu machen.

Wohl 871, vor Ende Januar.

Paris, Bibl. Nationale, Coll. Baluze 206 (s. XVII)[1], fol. 291^{r}–292^{v}[2].

Quanta[3] *mala*[4] domini infideles et istius regni ac ministri diaboli secundum operationem sathanae in *parroechia* nostra faciunt *in rapinis et depraedationibus* et *adulteriis* ac *homicidiis et ecclesiarum violationibus* ac ministrorum domini depraedationibus non solum in terra, inde est clamor. Sed et multorum pauperum et viduarum atque orphanorum et servorum dei[a] lacrimae[b] inde ascendunt contra eos in caelum, sicut scriptum est: *Lachrimae*[5] *viduae descendunt* usque[c] *ad maxillam et exclamatio eorum super deducentem eas a maxilla* autem *ascendunt* in[d] *coelum et dominus exauditor* non *delectabitur in illis*[e]. Et multorum innocentium occisorum et innoxiorum sanguis ut sanguis Abel de terra contra eos clamat ad deum[f], unde dominus in psalmo dicit: *Propter*[6] miseriam *inopum et gemitum pauperum nunc* exurgam, *dicit dominus*, scilicet *ad*[7] *faciendam vindictam in* nationibus[g], *increpationes in populis*. Quae sit autem vindicta, quam faciet de talibus, ipse in ewangelio[h] dicit *messoribus*[8], id est *angelis*, de zizania, id est peccatoribus, qui commixti sunt iustis in hoc saeculo: *Colligite*[9] *zizaniam* de *medio tritici*, id est separate criminosos de medio fidelium, *et alligate fasciculos ad comburendum*, id est rapaces cum rapacibus, raptores cum raptoribus,

a) *aus* domini *korr. Hs.* b) *aus* lachrimae *korr. Hs.* c) *aus* uque *korr. Hs.* d) *aus* ad *korr. Hs.* e) *aus* eis *korr. Hs.* f) *aus* dominum *korr. Hs.* g) bus *am Zeilenende über der Zeile Hs.* h) *aus* evangelio *korr. Hs.*

1) *Digitalisat unter http:// gallica.bnf.fr.*

2) *Blattzählung nach der unten auf den Blättern eingetragenen Foliierung.*

3) *Marginal zum Textbeginn hat die Kopistenhand notiert: „fol. 3° verso“.*

4) mala – *3* violationibus *treten als Wortelemente auch in dem in die Akten von Douzy (871) inserierten Brief Hinkmars v. Reims an Remigius v. Lyon und dessen Suffragane auf, hier nach MGH Conc. 4 S. 407,18–20 bzw. 447,10–11.*

5) *Ecclus 35, 18–19.*

6) *Ps. 11, 6.*

7) *Ps. 149, 7.*

8) *Matth. 13, 39.*

9) *Matth. 13, 25 und 13, 30.*